



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt clerici superflua pauperibus erogent. cxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

misit, quanto tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, nec pedes lauabat, nec eleemosynam fecerat, tanto tempore pleniter in pane & aqua, si non emendet, pœniteat.

*Ut clerici superflua pauperibus erogent.*

Caput CXVI.

Clericus habens superflua, donet ea pauperibus. Sin Ex eodē,  
autem, post pœniteat tempore quo uiuat, in contri-  
tione, in pœnitentia remotus uiuat.

*De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. Cap. CXVII.*

Qui peccatum imputando fratri imponit, prius- Ex eodē,  
quam seorsum arguat eum, satisfaciens ei, tres dies  
pœniteat.

*De illis qui diu reticent peccata sua. Cap. CXVIII.*

Sciendum verò est, quanto quis tēpore moratur in pec-  
catis, tanto ei augenda est pœnitentia.

*De illis qui aliquem in ira percusserint.*

Caput CXIX.

Siquis alium per iram percusserit, & sanguinem effude- Ex cōcil.  
rit: si laicus est, XX. dies pœniteat: clericus, XXX. Illi  
autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus  
sex menses. Presbyter vnum annum. Episcopus duos annos  
& sex menses.

*De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, vo-  
lentes eum occidere, sed non potuerunt.*

Caput CXX.

Qui ad feriendum hominem surrexerit, volens eum  
occidere tres hebdomadas pœniteat. Si clericus fue-  
rit, sex menses: quòd etsi vulnerauerit, XL. dies. Si clericus  
clericum, annum totum, sed & pecuniam pro modo vul-  
neris cui inflixit, tribuat.

*De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est  
ad mortem. Cap. CXXI.*

Qui reticuerit delictum fratris quod est vsq; ad mor- Ex pœni-  
tē, neq; eū corripuerit, iuxta regulā euangelicā, pri- tentiali  
mò inter se, & ipsum solū, deinde inter alios, de Theodo.